







MICHELETTI


DE
PASTORE
ANIMARUM



BV4010
.M53
1912
c.1



004405



EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis



1080021460

PR. A. M. MICHELETTI

DE
PASTORE
ANIMARUM

Dabo vobis Pastores qui pascent vos scientia
et doctrina [Ierem III, 15].

Talis, ut plurimum, est paroecia, qualem fin-
xerit ac formarit, voce et exemplo suo, Pato-
chus [SS. D. N. Pius PP. X Epist. *Gratiam*, 8
dec. 1904].

ENCHIRIDION

ASCETICUM, CANONICUM, AC REGIMINIS

IUXTA

RECENT. SS. PONTIFIC. ENCYCLIC. AC SS. RR. CONGR.

NOVISSIMAS LEGES DIGESTUM

CUM APPROBATIONE S. P. A. MAGISTRI



Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

PROSTAT:

FRIBURGI [BRISGOVIAE] — VINDOBONAE

BEROLINI — CAROLSRUHAE

ARGENTORATI — MONACHII

LONDINI — S. LUDOVICI AMERICAE

apud

B. HERDER

Typograph. Editor. Pontific.

ROMAE — RATISBONAE

NEO-EBORACI — CINCINNATI

apud

F. PUSTET

Pontificalem Bibliopolam

ALIASQUE PRAECIPUAS DOMOS LIBRARIAS.



UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
Biblioteca Valverde y Tellez

45914

BV4010
. MS3
1912

OMNIA JURA VINDICABUNTUR



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

IMPRIMATUR

P. A. LEPIDI O. P.
S. P. A. M.

FRANCISCUS FABERI
Vicarius Adessor

IACOBO · MARIAE

COMITI

RADINI · TEDESCHI

SANCTAE · BERGOMENSIS · ECCLESIAE

PASTORI · SOLLERTISSIMO

DEVOTI · GRATI · QVE · ANIMI

TESTIMONIUM

009405



PRAEFATIO

Talis, ut plurimum, est paroecia, qualem finxit ac formavit, voce et exemplo suo, Parochus. [SS. D. N. Pius PP. X, Epist. *Gratiam*, ad Alois. Marigliano, 8 dec. 1904].

Pastoralis muneris dignitas revera celsissima ac sublimis praedicanda est! Enimvero si eius originem spectes, Prophetarum, Apostolorum, Sanctorum, Summi immo Pontificis Christi Jesu vestigia premit. Si eius finem attendas, animarum cura praestituitur pro quibus mundi Salvator in terras descendere ac, omnia omnibus factus, cum hominibus conversari, et Se Ipsum ac Pretiosissimum Suum Sanguinem pro earum redemptione ponere non dedignavit. Si media quae Pastoris ad nutum sunt, consideres, quidquid in coelo et in terris sublimius nobilisque habetur, illius utilitati inservit. Demum, si praemium quaeras, *qui ad iustitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellae in perpetuas aeternitates*¹.

At, tantae celsitudini gravissimum pondus respondet, quum, omni quidem tempore, nostris vero potissimum, spiritus ille qui ab antiquo mendax et homicida fuit, praeter consuetas insidias, peculiare ac vaferrimos excogitaverit laqueos, quibus, non gregem tantum, sed et Pastores ipsos ad venenata pascua deducat.

Demum, pro huiusmodi muneris sublimitate ac pondere, districtissimum Pastoribus iniungitur officium, nequidquam intentatum dimittendi, quo iustam Ecclesiae expectationem

¹ *Daniel.*

ac gregis bonum omnimode procurantes, adeo commisso muneri vigilant illudque actuose administrent, ut eximias laudes a Sacris Litteris fidelibus tributas Pastoribus mereantur, qui fortes in fide, bonum certamen certantes, dum animam suam pro ovibus ponere non dubitavere, meruerunt palmam victoriae. Ita, enim, ecclesiastica hierarchia constituitur ut prouti omnis potestas B. Petri locum in successione tenenti commissa, ab Eo, tamquam fonte, in Episcopos *quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei*¹ derivatur, per quos cum singulis animarum Pastoribus communicatur; ita, vicissim, si ab his postremis, qui in medio populorum constituti immediate eorum regimen suscipiunt, industriosa sollicitudo haud adhiberetur, quaevis aliorum Praelatorum diligentia, non modo frustra impenderetur, sed, quod gravius, vinea Domini a custodibus ipsis diriperetur!

Quapropter, si in Pastorum utilitatem, unico collectam volumine Summulam quamdam exhibuerimus documentorum omnium, quae ex ascetica, canonica, liturgica, theologica ac pastoralis disciplina derivata, aeternas Sacrae Scripturae leges, sapientissima Maiorum monumenta, nuperrimas Apostolicas Constitutiones, ac SS. RR. Congregationum resolutiones pro varia rerum opportunitate in practicam tutamque normam deducunt, nemini supervacanea aggressi videbimur.

Id vero praestantes, Apostolici monumenti memores: *talem, ut plurimum, esse paroecia, qualem finxerit ac formavit voce et exemplo suo Parochus*², Pastoris personam tamquam tractationis nostrae fundamentum agere oportere, ut, nempe, virtutum ornamento conspicuus, irreprehensibiliter agens, gloriam Domini opportune zelatus, re ipsa ad Dei beneplacitum, ad Ecclesiae honorem, ad spiritualem animarum utilitatem, sibi que ad immarcescibilem coronam ipsius cedant opera, nostrum e necessitate existimavimus.

Quo fundamento, iuxta verbum Domini atque ascetica documenta, praestituto, de Boni Pastoris in animarum regimine concreta actione ac praxi disserendum supererat. Qua in re si dicendorum substantia ad maiorum nostrorum exempla [melius dicam] egregiam prudentiam ac conspicuam sapientiam exigenda erat, in proponendi autem modo ac ordine, nova ac

¹ Act. Apost. XX, 28.

² SS. D. N. Pius PP. X. epist. *Gratiam*, cit.

aetatis nostrae exigentiis opportunior ratio, eaque intellectu facilius ineunda visa est. Ad hoc propositum, pro pertractandarum rerum varietate ac amplitudine, in singulis partibus agendis, atque in mediis ad eas proponendas et enucleandas opportunis, eam convenientiam ac partium compositionem quae lucidum ordinem rerumque perspicuitatem gignit, assequi contendimus.

Idcirco, prouti in Pastoris persona describenda, ascetica monumenta [quibus supernaturalis atque apostolica actio vivificatur ac regitur] potissimum collegimus, ita in concreta pastoralis opera illustranda, canonicas, liturgicas, morum ac pastoralis theologiae, necnon medicinae pastoralis ac physiologiae praecepta normasque [his tamen locupletata practicis consiliis quae et peculiarem tractationis nostrae fini adeo spectant ut, his neglectis, caetera omnia vix aliquam utilitatem usumque comparare possint] afferendi necessitate tenebamur. Enimvero doctrinam quae ad usum non adiungatur, non modo fere nihili prodesse, sed saepius plurimum obesse, neminem profecto latet.

His tamen, completam ecclesiasticarum disciplinarum Summulam vel cuiusque ex ipsis plenam pertractationem exhibere propositi nostri fuisse, ne lector putet; quod, non modo vires nostrae ferre recusabant, verum, quum plurimis iam egregiisque libris rei consultum sit, etiam inopportuno iure videbatur. Hoc unum, igitur, assequi contendimus, nimirum, ut frequentiora atque congruentia pastoralis praxeos casibus necessitatibusque, uno collecta volumine argumenta simul ac praecepta traderemus. Insuper quum res quam tractandam suscipimus, adeo in se varia atque propter pressam brevemque proponendi rationem ardua sit, ut cuiuscumque scriptoris vires deterreat, absolutum undequaque opus nos paravisse ab opinione nostra procul longeque distat. Quamquam, porro, ut propositum assequeremur finem, pro viribus adlaborasse iusta nos conscientia teneat, attamen in Lectoris humanitate confidimus, qui, si, cum ab eo discere debuerimus, eum hortari, docere regereque ausi sumus, nobis ne succenseat. Ceterum quae tradidimus nostra non sunt, sed ea fere omnia [studiosa sedulaque manu] ex SS. Litteris, SS. Patribus, RR. Pontificis atque ab Ecclesiae magisterio collegimus, cui ab omnibus summa reverentia, obedientia ac religiosa observantia debetur. Quapropter, quamquam bonam spem ac fiduciam foveamus operam nostram, quod animo habuimus tulisse,

nec aliud propterea nisi Ecclesiae doctrinam ac mentem proponere, tamen fragilitatis nostrae apprime conscii, quidquid utcumque cogitavimus, sensimus, scripsimus Ecclesiae ipsius iudicio quam humillime submittimus, nec aliud nos voluisse quam ut *Deo sit gloria in Ecclesia et in Christo Iesu*¹ obtestamur. *Tu, vero, qui haec legis intende in haec et quae sequuntur diligenter et pie quantum potes; tales enim adiuvat Deus*². Vale et ora pro me.

Dabam ex Urbe in D. N. I. C.
Festa Paschalia MCMXII,

Pr. A. M. MICHELETTI.

¹ *Ephes.* III, 21.

² S. Augustin. *De Vera Religione*, cap. 10.

BIBLIOGRAPHIA

- Abelly, *Sacerdos christianus. Acta Ecclesiae Mediolanens.*
Acta Pii IX, Leonis XIII, et Pii X.
Aertnys, *Theologia moralis*, Paderbonn, 1898.
Aichner, *Compendium Juris Canonici*, Brixin. 1900.
Alphonsus [S.] *Homo Apostolicus.*
Ambrosius [S.], *De officiis Ministrorum.*
Antonelli, *Medicina Pastoralis*, Romae 1909.
Aquaviva, *Industriae ad curandos animi morbos.*
Appeltern, *Manuale Liturgicum*, Mechlin. 1901.
Arvisenet, *Memoriale vitae sacerdotalis*, Taurin. 1876.
Atti collettivi e deliberazioni dell'Episcopato Lombardo nelle annuali conferenze, Mi.ano, 1911.
Augustinus [S.], *Opera.*
- Ballerini-Palmieri, *Opus theologicum-morale*, Prati 1894.
Barbosa, *De Parocho; Pastoralis sollicitudo*, Romae, 1623.
Bartholom. de Martyrib., *Stimulus Pastorum*, Romae 1572.
Bassus, *Curator animarum*, Badae [Helvetica], 1673.
Beaunis-Bouchard, *Elemens de Physiologie*, Paris, 1904.
Benedicti [S.] *Opera omnia* [collect. Mign.].
Benedict. XIV, *Synod. dioecesis; Institution. ecclesiasticae*, Bononiae, 1792.
- Berardi, *Theologia Pastoralis*, Faventiae, 1911; *Praxis Confess.*, 1909.
Berengo, *Enchiridion Parochorum*, Patavii, 1903.
Bernardini Senens. [S.], *De Rectoribus et Praelatis.*
Bernardus [S.], *De consideratione: Id. De Moribus et officio Episcoporum: Id. De Conversione ad Clericos: Id. De Praeceptis et dispensatione: Id. Apologia et Sermones: Id. De ordine vitae.*
Bertolotti, *Il Parroco italiano*, Savona, 1911.
Binet, *L'Arte del governare*, Roma 1899.
Bizzarri, *Collectanea*, Romae 1863.
Blessensis, *Epistolae: Id. Tract. de Episcopo* [collect. Mign.].
Bona, *De discretione Spirituum.*
Borromaeus [S. Carolus] *Pastorum Instructiones*, Monasteri, 1846; *Homiliae*, curante A. Saxio, Mediolani, 1752.
Bouix, *De Parocho*, Parisiis 1856.
Bucceroni, *Institut. Theologiae Moralis*, Romae, 1900.
Bullarium Romanum, Romae, 1903.
- Calchi-Novati, *Il Diritto ecclesiastico dello Stato italiano*, Milano, 1903.
Capellmann, *Pastoral Medicin.*, Aquisgr., 1910.
Carrara, *Medicina legale*, Torino, 1897.
Cassianus, *Collationes* [coll. Mign.].
Cassiodorus, *Epistolae.* [Id.]
Cavagnis, *Institut. canonic.*, Romae, 1905.